

Probatum tandem ex ratione, nempe non auctoritate solam, sed experientia indubitata et perpetua constat miraculis maxime inclinari homines ad fidem adhibendam doctrinae quam miracula confirmant. Tanta est illa hominum inclinatio et pronitas ut eatenus tantum prodigiis fallacibus insit vis temerarios et male affectos seducendi, quatenus iidem preposterè putant prodigia illa esse vera; unde ad seductionem ejusmodi comprimendam et extinguendam satis est fallaciam illorum ostentorum detegi et persuaderi. Si vera igitur miracula, si miracula quæ, spectatâ operis substantiâ, adjunctis rerum, eorum principio et fine, non possunt nisi à Deo, aut ab angelis bonis producta judicari, fierent in confirmationem erroris; Deus qui omnibus providet, censendus esset erroris auctor; quod sanè in Deum, utpote summè veracem, cadere non potest; ergo doctrina in cujus confirmationem fierent ejusmodi miracula non potest esse falsa; ergo vera sit necesse est.

Obijcies. Tanta videtur esse difficultas in miraculis que ab angelis bonis diximus fieri posse, aut etiam divinis secermendis à prodigiis que demon patrare potest, aut saltem à divinatorum miraculorum imitationibus quas præsætie demonum valent exprimere, tantum est periculum ne plerique saltem in eo negotio errent ac decipiantur, ut ejusmodi regulæ circa miracula discernenda habendæ sint tanquam respectu ferè omnium inutilis, et tota de miraculis doctrina, illius secretionis defectu, posthabenda esset et omit-tenda; ergo.

Nego antec. Imò quotquot veritatem recto corde inquirunt, miraculis in ejus confirmationem editis ad eam faciliè deducunt, et in eâ confirmantur; nec metuentium ne unquam ab eâ avertantur portentes diabolicis, quibus nemo nisi suâ culpâ decipi potest et ad errorem trahi.

Solus charitatis defectus impedit quominus credantur vera miracula, inquit Paschalius loco mox citato. *Non creditis, inquit Christus Judeos alloquens, Joan. 10, 26, quia non estis ex ovibus meis.* Quod verò ad falsa miracula credenda inducit, ipse est charitatis defectus. Pergit idem, juxta illud Apostoli 2 ad Thess. 11, 9, 10, de iis qui prodigiis mendacibus antichristi seducebantur: *Eo quod, inquit, charitatem veritatis non receperunt ut salvi fèrent; ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.*

Et verò, quoties discernenda sunt veritas miraculis, toties tot, tanta et adeò splendida edita sunt in veritatis gratiam, ut si soli eam repulerint, qui voluntariè excæcati sunt: si autem ipsam, etsi simplices et illiterati, certò et securè amplexi sint, qui ex quâ parte staret invenire sincero corde exoptabant.

Quis recto corde præditus non agnovisset inspicendo Moysis miracula Pharaonem et Ægyptios veritati restitisse obstinatos, et Israelitarum causam fuisse à Deo approbatam?

Quis sincerus veritatis amator, expendendo miracula prophetarum et eorum vaticinia eventum comprobata, his potius non adhesit quam Israelitis cultus

Deo vero debiti desertoribus, quam sacerdotibus Baal aliorumque falsorum numinum?

Quis, Christi et apostolorum miracula considerando mente attentâ, et sincero veritatis amore ductus, non facillimè persuasus fuerit eos esse à Deo missos, et eorum doctrinam firmâ fide tenendam præ ritibus mosaïcis aliquandò juxta prophetas et Moysen ipsum cessaturis, et præ insulo idololatrarum cultu?

Quis cordis pariter recititudine à Deo donatus, Ecclesie auctoritatem innumeris Christi, apostolorum, virorumque apostolicorum, etc., miraculis minutam et promissis Christi stabilitam intuendo, eam non anteponat variorum hereticorum, aut schismaticorum erroribus quæcumque industriâ et subtilitate expositis, aut etiam prodigiis que ipsi apud se aliquandò facta esse gloriantur?

Demum, quis sincerus veritatis amator, à verò dimoveri poterit prodigiis seductionis que operabitur antichristus? Que ostenta hoc ipso falsa et mendacia habenda erunt, quod Religioni et Ecclesie Christi innumeris antecedentibus miraculis nixæ adversa futura sint, quòdque Christus eadem præviderit, ac præcavenda esse monuerit.

Prædicat quidem Christus, Math. 24, 24, tantam tunc futuram, ob signa magna et prodigia, seductionem, ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Sed quâ viâ electi se seducti non sinent? An quia omnes doctrinâ et sagaci ingenio eminebunt? Minime. Multi sanè tunc temporis, uti à creatione mundi, inter eos futuri sunt simplices et indocti; sed à seductione cavebunt et salvi fient per charitatem veritatis quam non recipient qui in seductione iniquitatis peribunt. 2 ad Thess., 2, 10.

Quæres 6^o utrum miracula que diximus fieri posse aut simulari à dæmone in confirmationem erroris, possint ab eo quovis tempore produci?

Respondeo nihil posse dæmonem nisi quod Deus ei permittat. Proinde nihil ad avertendum à veritate, ac errorem persuadendum fieri posse à dæmone, quin Deus tribuat medium detegende veritatis et vitandi erroris, uti jam observatum est, atque omni ætate semper contigit.

Si initio nascentis Ecclesie, dæmon operari non potuisset portenta quibus miracula divina imitatus esset, ut iis prædicationis evangelicæ veritatem impugnet præconumque evangelicorum auctoritatem elideret. Nam in eâ hypothesi meritiò hæssisset suspensæ et accipites, etiam qui ad recipiendas veritates evangelicæ fuissent mirum in modum proni; nec enim datum fuisset medium cognoscendæ veritatis.

At verò postquam Ecclesia adolevit, permixtum est aliquandò dæmoni ut prodigia faceret, aut etiam miracula quædam divina imitaretur in gratiam erroris. Et videtur futurum ut tempore antichristi Deus adhuc majora dæmoni permittat. Nimirum, ubi Ecclesia adolevit, ubi ejus auctoritas est stabilita, jam ipsa est medium quod satis sit ad veritatem detegendam et errores vitandos in quos prodigia dæmonis et ejus præstigia inclinarent. Ostenta illa quæcumque sint, etiam

possent videri plurimâ vi pollere, si sola in se spectarentur, attamen ubi perpenditur iis Ecclesie auctoritatem et documenta concuti, hoc ipso pugnant adversùs miracula omnium seculorum, adeoque non verò nullius sunt roboris, sed nec à Deo nec ab angelis bonis oriri poterunt, et qui iis confidit non nisi in errorem labi potest.

Hinc faciliè intelligitur quo sensu sanctus Augustinus adversùs Donatistas dixerit, libro de Unitate Ecclesie, miraculis non manifestari Ecclesiam catholicam, et tractatu 130 in Joannem, non esse credendum Donatistis etiam miracula facientibus: nempe hæc à S. Doctore dicta sunt de miraculis speciatim consideratis, de prodigiis similibus illis que Donatistæ apud se facta esse ostentabant; non verò de miraculis quibuscumque, de miraculorum multitudine et serie, que edita sunt ad veritatem religionis christianæ asserendam et Ecclesie auctoritatem muniendam. De miraculis particularibus et individualis aut idè illa esse approbanda, quia in Ecclesia catholica sunt; rejicienda autem ubi contra Ecclesiam catholicam, extra sinum Ecclesie catholice patrantur. Religionis autem christianæ veritatem, et Ecclesie catholice auctori-

tem non semel miraculis probat et evincit. Vid. lib. 22 de Civit. Dei, et lib. contra Epistolam fundamenti, capitibus 4 et 5. Proinde sententia Ecclesiam catholicam sanctitatem miraculorum denotari.

Eatenus igitur sanctitas miraculorum est Ecclesie verè nota certissima, quatenus in solâ illa Ecclesia verè et in ejus gratiam edita sunt miracula Christi, apostolorum virorumque apostolicorum primis Ecclesie seculis, et in ejus sinu illud idem donum ita permansit, ut, licet deinceps longè rariora fuerint miracula, singulis tamen seculis plura indubitata et conspicua evenierint.

Hæc multum, hæc series, is splendor miraculorum que ad sanctitatem Ecclesie pertinent, notam complectuntur et exhibent manifestam quâ simul persuadent tum veritatem revelationis christianæ, tum auctoritatem Ecclesie cui illa revelatio custodienda commissa est: nec prodigia pretensa que novatores aliquando factarum, nec ipsa portentosa ostenta antichristi, tot et tantis miraculis anterioribus comparata, quidquam continent quo ab Ecclesie fide et unitate dimoveri possit quisquis sincero animo veritatem inquirat, aut eidem jam cognita adhaeret.

HARÆI VITA.

HARÆUS, seu VERHAER (Franciscus), Ultrajecti natus circa annum 1550, postquam sacerdotio initiatus esset, Germaniam Italianque peragravit, ac P. Antonii Possevinii comites secutus est. In patriam redux, Lovanii in ecclesia S. Jacobi canonicus evasit, ibidemque viâ functus est die 11 Januarii, anno 1652.

Edidit 1^o *Annales ducum seu principum Brabantie totiusque Belgii, Antuerpiæ 1625, 2 vol. in-fol.*; quod quidem opus, tribus partibus constans, maximi fit apud eruditos, utpote diligenti curâ necnon summâ fide elaboratum; 2^o *Concordiam historiarum sacrarum et profanarum, per olympiades et fastos, à Româ conditâ usque ad Christum passum, Antuerpiæ, 1614, in-fol.*; 3^o *De vitis sanctorum omnium nationum et temporum, Coloniae Agrippinæ, 1605, in-fol.*; — 4^o *Biblia sacra cum expositionibus præcorum Patrum litteralibus et mysticis, Antuerpiæ, 1650, in-fol.*

Porro ex his inelucti scriptoris in SS. Libros Incubrationibus, speciale quoddam exquisitumque opus integrum in Actus Apostolorum impresentiarum desumimus, in quo si quid desideraretur, illud abundanter supplevimus, depromptis ex Menochio locis que ad paginarum calcem, annotationum instar, subjecimus. Quod si passim occurrerent versus quorum interpretationem nec Haræus, nec Menochius tradidisset, illos ab optimis interpretibus mutuati sumus, singula uniuscujusque auctoris loca proprio nomine signantes, ne cum Menochii feebus confunderentur.

Menochii vitam videre est vol. 13 Curs. compl. *Scriptura sacra*, col. 9-10, ad Commentarium in librum Esther.

IN ACTUS APOSTOLORUM COMMENTARIA.

Argumentum

Describitur infantia Ecclesie christianæ et membro: historia apostolorum, maxime S. Pauli, cujus comes et oculatus testis fuit S. Lucas, auctor hujus libri, ut

ex 1 capite, v. 1 ejusdem libri, aliisque locis Scripturæ sacre constat. Incipit autem ab ascensione Christi Domini, ac pertingit ad annum à Christo nato

CAPUT PRIMUM.

1. Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophilè, quas cepit Jesus facere et docere.
2. Usque in diem, quâ præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegerat, assumptus est:
3. Quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparsens eis, et loquens de regno Dei.
4. Et evadens, præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum;
5. Quia Joannes inquit baptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.
6. Igitur qui conveniant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?
7. Dixit autem eis: Non est vestrum nôsse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate:
8. Sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæâ et Samariâ, et usque ad ultimum terræ.
9. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est; et nubes suscepit eum ab oculis eorum.
10. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis.
11. Qui et dixerunt: Viri Galilæe, quid statis aspicientes in cælum? hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.
12. Tunc reversi sunt Hierosolymam à monte qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, sabbati habens iter.
13. Et cum introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus et Joannes, Jacobus et Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomæus et Mattheus, Jacobus Alphaei, et Simon Zelotes, et Judas Jacobi.
14. Ibi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Mariâ mater Jesu, et fratribus ejus.
15. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti):
16. Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Judâ, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt eum:
17. Qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus.
18. Et hic quidem possedit agrum de merecede iniquitatis, et suspensus crepuit medius; et diffusa sunt omnia viscera ejus.
19. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haefeldama, hoc est, ager sanguinis.
20. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat

60, sive 4 Neronis, qui fuit primus annus primorum vinculorum D. Pauli, itaque continens res gestas 26 annorum.

CHAPITRE PREMIER.

1. J'ai parlé dans mon premier livre, ô Théophile, de tout ce que Jésus a fait et enseigné depuis le commencement.
2. Jusqu'au jour où il fut élevé dans le ciel, après avoir instruit, par le Saint-Esprit, les apôtres qu'il avait choisis:
3. Auxquels aussi il s'était montré depuis sa passion, et leur avait fait voir par beaucoup de preuves qu'il était vivant; leur apparaissant durant quarante jours, et leur parlant du royaume de Dieu.
4. Et mangeant avec eux, il leur commanda de ne point partir de Jérusalem, mais d'attendre la promesse du Père, que vous avez, leur dit-il, entendue de ma propre bouche.
5. Car Jean a baptisé dans l'eau; mais pour vous, dans peu de jours, vous serez baptisés dans le Saint-Esprit.
6. Alors ceux qui se trouvaient présents lui demandèrent: Seigneur, sera-ce en ce temps que vous rétablirez le royaume d'Israël?
7. Mais il leur dit: Ce n'est pas à vous de savoir les temps et les moments que le Père a mis en son pouvoir.
8. Mais vous recevrez la vertu du Saint-Esprit qui descendra sur vous, et vous me rendrez témoin dans Jérusalem, et dans toute la Judée et la Samarie, et jusqu'aux extrémités de la terre.
9. Après qu'il eut dit ces paroles, ils le virent s'élever vers le ciel, et il entra dans une nuée qui le déroba à leurs yeux.
10. Et comme ils étaient attentifs à le regarder montant au ciel, deux hommes vêtus de blanc se présentèrent tout d'un coup à eux.
11. Et qui leur dirent: Hommes de Galilée, pourquoi vous arrêtez-vous à regarder au ciel? ce Jésus qui, en se séparant de vous, s'est élevé dans le ciel, viendra de la même manière que vous l'y avez vu monter.
12. Ils partirent donc de la montagne appelée des Oliviers, qui est éloignée de Jérusalem de l'espace du chemin qu'on peut faire le jour du sabbat; et ils s'en retournèrent à Jérusalem.
13. Et étant rentrés, ils montèrent dans une chambre, où demeuraient Pierre, Jean, Jacques, André, Philippe, Thomas, Barthélemi, Mathieu, Jacques fils d'Alphaei, Simon appelé le Zélé, et Jude, frères de Jacques.
14. Qui persévéraient tous unanimement dans la prière, avec les femmes, Marie, mère de Jésus, et ses frères.
15. Pendant ces jours-là, Pierre se leva au milieu des frères, qui étaient tous ensemble environ cent vingt, et il leur dit:
16. Mes frères, il faut que ce que le Saint-Esprit a prédit dans l'Écriture par la bouche de David, touchant Judas, qui a été le conducteur de ceux qui ont pris Jésus, soit accompli.
17. Il nous était associé, et il avait été appelé aux fonctions du même ministère.
18. Mais il a acquis un champ du prix de son péché; et s'étant pendu, il a crevé par le milieu du ventre; et toutes ses entrailles se sont répandues.
19. Ce qui a été si connu de tous les habitants de Jérusalem, que ce champ a été nommé en leur langue Haefeldama, c'est-à-dire, le champ du sang.
20. Car il est écrit dans le livre des Psaumes: Que

commorato eorum deserta, et non sit qui inhabitet in eâ: et episcopatum ejus accipiat alter.

21. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dominus Jesus,
22. Incipiens à baptismo Joannis usque in diem quâ assumptus est à nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.
23. Et statuerunt duos Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, et Matthiam.
24. Et orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda nôsti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum.
25. Accipere locum ministerii hujus, et apostolatus, de quo pravaricatus est Judas ut abiret in locum suum.
26. Et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim apostolis.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — PRIMUM QUIDEM SERMONEM FECI, Ô THEOPHILE. Nempè Evangelium suum his verbis Lucas designat quod iidem Theophilo inscripserat. De eo sic Epiphanius, Hæresi 51. Sive sanè Theophilo cuidam scribens, sive omni homini Deum diligenti. Ita ille, nomen Theophili postremis verbis interpretatus; neutrum tamen, licet ante annos mille ducentos, definiens. Pro, sermonem feci, Syr., librum scripsi. Ita et Cyprianus, epist. 45, et alibi, litteras feci, pro, epistolam scripsi. Et observa, quod dicit, de omnibus. Non enim omnia (contrariatur enim quod est Joan., ult. v. 25) sed de omnibus, ait Beda, elegit, quæ judicavit congruè sufficere officio dispensationis. Ita et Augustus, l. 4 de Consens. evang., c. 8. Sequitur: QUÆ COEPIT JESUS FACERE ET DOCERE. Primò scilicet facere; postea docere, teste Bedâ, quia Jesus bonum doctorem instituens, nulla nisi quæ fecit, docuit. Unde illud Matth. 5, v. 19: Qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

VERS. 2. — PER SPIRITUM SANCTUM. Potest hoc et cum præcedentibus, et cum sequentibus jungi. Utrum-

VERS. 2. — Usque in diem quâ præcipiens. Græcè est aoristus, cum præcepisset, post præceptionem enim assumptus est. Illud autem præceptum potissimum intelligit, quod habemus Marci ultimo 15: Euntes in mundum universum, prædicatè Evangelium, etc. Apostolis per Spiritum sanctum; quasi dicat, præcipiens apostolis, qui à Christo vocati, electi, et designati ad apostolatam per instinctum Spiritus sancti, paulò post ab eodem Spiritu in Pentecoste repleti auctori, et consecrati erant apostoli. Potest etiam membrum hoc, per Spiritum sanctum, referri ad verbum elegit, ut significaretur spirituali non humano motu electos esse. Vel tandem referri potest cum Chrysostomo, ad præceptum, ut significetur Christi præcepta fuisse sancta, et spiritualia, et ex instinctu Spiritus sancti profecta, quem sibi habuit semper assistentem, et inhabitantem, imò comitem, et cooperatorem, unde ait Christus, Joan. 6, 64: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Quos elegit. Quos elegerat, nimirum Matth. 10, 1 et 2.

Assumptus est. Non alieno adminiculo, sed propriâ S. S. XXIII.

leur demeure devienne déserte; qu'il n'y ait personne qui l'habite, et qu'un autre prenne sa place dans l'épiscopat.

21. Il faut donc que entre ceux qui ont été en notre compagnie pendant que le Seigneur Jésus a vécu parmi nous,
22. A commencer depuis le baptême de Jean, jusqu'au jour où il a été enlevé du milieu de nous, on en choisisse un qui soit avec nous témoin de sa résurrection.
23. Alors ils en présentèrent deux: Joseph appelé Barsabas, surnommé le Juste, et Matthias.
24. Et se mettant en prière, ils dirent: Seigneur, vous qui connaissez les cœurs de tous les hommes, montrez-nous lequel de ces deux vous avez choisi,
25. Pour remplir ce ministère, et l'apostolat, dont Judas est déchu pour son crime, pour s'en aller en son lieu.
26. Alors ils les tirèrent au sort, et le sort tomba sur Matthias; et il fut associé aux onze apôtres.

COMMENTARIA.

que enim factum est per Spiritum sanctum, id est, Spiritus sancti ductu et instinctu; scilicet, tam quòd apostolis eæ præcepit, quàm quòd assumptus est.

VERS. 5. — LOCOS DE REGNO DEI. Docendo, inquit Tertul., Apolog., c. 24, quæ docerent. Et Cyprius de idololorum Vanitate, c. 6. Ad dies 40 remoratus est, ut ad præcepta vitalia instrui posset, et disceret ea quæ docerent. Hæc illi. Regnum Dei regnum intelligitur, ut in Evangelio regnum cælorum, scilicet militans Ecclesia, qui præcepta vitalia, id est, vitæ rectæ institutione Christus plenissima hoc tempore dedit, ut non debeant hæretici ridere Catholicos, probabiliter asserentes, etiam Sacramenta aliqua, aliaque in Evangelio non expressa, tunc à Christo apostolis fuisse tradita, continuâ deinde successione in Ecclesiâ recepta.

VERS. 4. — ET EVADENS. Multi (etiam Reg. interlin.) vocem Græcæ verbum, congregans, seu conjugens se. Sed de convitiis simul intelligendum est (ut solidè probat etiam ex Græcis scriptoribus F. Lucas in Notis). Syrus quoque verit: Et cum edisset cum

virtute; poterat enim id facere tum per potentiam divinam, tum per dotem humanitatis, videlicet agilitatem, quâ donatum beatum quodlibet corpus à terrâ in cælum se, absque angelorum auxilio efferre potest. Dici etiam potest assumptus à Patre, ut ait D. Thom., 5 p., q. 37, art. 5: Sicut, inquit, Christus dicitur propriâ virtute surrexisse, et tamen est susceptus à Patre, eò quòd eadem est virtus Patris et Filii; ita etiam propriâ virtute ascendit, et tamen à Patre est elevatus, et assumptus est.

VERS. 3. — Quibus, apostolis. Præbuit, etc., exhibuit ex morte redivivum. In multis argumentis, id est, per multa argumenta confirmans, nimirum resurrectionem suam. Taliâ argumenta fuerunt tot Christi apparitiones, manducationes, locutiones, cicatrices, etc. Per dies quadraginta. Non continuè, sed per vices, et interpolatè.

VERS. 4. — Ab Hierosolymis ne discederent. Quia nimirum ibi Spiritus sanctus erant imbuedi, ut statim sequitur.

Sed expectarent promissionem Patris. Id est, Spiritus sancti. (Trente-six.)

VERS. 25. — ET STATERUNT DUOS. Queritur quoniam staterint, et an omnes viri fratres quos hactenus allocutus est Petrus. Respondeo ita quidem, sed ad sensum Cypriani, epist. 68, quem vers. 16 attingimus, ut non à *se coram multitudine* tanquam meritum vel demeritorum teste, electio, seu potius nominatio divinitus eligendorum à collegio undecim apostolorum præsentem populo facta sit. Quod enim nemo nisi ex immediatâ Dei electione poterat ad apostolatam pervenire, patet, ex eo quod subjungunt dicentes: *Tu Domine, ostende, quem eligeris.*

VERS. 26. — ET DEDERUNT SORTES EIS. Beda quidem de his sortibus ita disserit: Non, inquit, hoc exemplo indifferenter sortibus credendum, cum privilegia singulorum, ut Hieron. ait, communem legem facere non possint. Quod si qui necessitate compulsi, Deum putant sortibus, exemplo apostolorum esse, consulendum, videant hoc ipsos apostolos, non nisi collecto fratrum cœtu, et precibus ad Deum fusis egisse.

quorum mysteriorum que in resurrectione, quasi in suo fine et scopo terminantur, et concluduntur.

VERS. 25. — *Joseph.* Aliqui putant hunc fuisse fratrem Jacobi minoris. *Barsabas,* que vox idem significat quod, *filius Sabæ.* Fortassis Alphæus Josephi pater etiam *Sabas* vocabatur. Potest etiam vox *Sabas* accipi non ut nomen proprium, sed ut appellativum significans vel *juramentum*, vel *saturitatem*, vel *reversionem*, ita ut *Barsabas* sit cognomen, et significet *filium juramenti*, vel *saturitatis*, etc.

Qui cognominatus est *Justus.* Ab insigni ejus justitiâ et sanctitate.

VERS. 24. — *Et orantes dixerunt;* Petro fortassis verba orationis præcaute.

CAPUT II.

1. Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco :

2. Et factus est repente de cælo sonus tanquam adveniens spiritibus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes.

3. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum :

4. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis .

5. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi ex omni natione que sub cælo est.

6. Factâ autem hæc voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unus quisque linguâ suâ illos loquentes.

7. Stupebant autem omnes, et mirabantur, dicentes : Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt ?

8. Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in quâ nati sumus ?

9. Parthi et Medi, et Ælamite et qui habitant Mesopotamiam, Judæam et Cappadociam, Pontum et Asiam,

10. Phrygiam et Pamphyliam, Ægyptum et partes Libyæ, que est circa Cyrenen, et advenæ Romanæ.

Ita Beda, quem nec rejicit D. Thomas, 2-2, q. 95, art. 8. Nihilominus alii malunt sic exponere: *Dederunt sortes eis, Græcè eorum*, id est, declarantur hos à se ad apostolatam nominatos. Vide etiam sequentia. ET CECIDIT SORS SUPER MATTHIAM. De hoc ille Dionysius. Aepagog., eccl. lier. parte 5, cap. 5, referente et approbante etiam Baronio: De illâ, inquit, sorte divinâ, que Matthiæ divinitus oblit, alii quidem alia sensere, meo judicio, non rectè; aperiam autem et ipse quid sentiam. Videtur mihi Scripturam sortem appellasse divini quiddam et præcipui muneris, per quod illi choro sacratissimo insinaretur, qui esset divinâ electione declaratus. Hoc modo Dionysius. Videtur agnovisse quoque ex parte similem sortem rationem Ambros. epist. 16, ita dicens: Nobis cecidit sors gratiæ, ut simus possessio Dei. Queris hanc sortem agnoscere? Recordare illam, que cecidit sori Matthiam. Ita scilicet Ambros. sortem Matthiæ sori gratiæ comparans; quale quid etiam indicat lib. de Tabiâ, c. 11.

Qui corda nòstri omnium. Lachras cordis quas humanus oculus non penetrat, ac proinde frequenter in electionibus decipitur.

VERS. 25. — *Accipere locum,* sortem.

De quo prævaricatus est Judas; unde Judas excidit propter prævaricationem, et scelus suum.

Ut abiret in locum suum, in locum se dignum; suspensum intelligit, aut æternos gehennæ cruciatos.

In Græco est, *aberravit ire,* aberravit à viâ, seu studio vocationis suæ. Porro particula *ut* sensum habet non causalem, sed consecutivum, sicut sapè alibi.

VERS. 26. *Et enumeratus est,* etc. In Græco est, *communibus calculis cooptatus est,* quasi dicat: Omnes sortem divinam, ac per eam electionem Matthiæ concessa voce laudârunt, et comprobârunt.

CHAPITRE II.

1. Quand les jours de la Pentecôte furent accomplis, les disciples étant tous ensemble dans un même lieu,

2. On entendit tout d'un coup un grand bruit, comme d'un vent impétueux qui venait du ciel, et qui remplit toute la maison où ils étaient assis.

3. En même temps, ils virent paraître comme des langues de feu, qui se partagèrent, et qui s'arrêtaient sur chacun d'eux.

4. Aussitôt ils furent tous remplis du Saint-Esprit, et ils commencèrent à parler diverses langues, selon que le Saint-Esprit leur donnait de le parler.

5. Or il y avait à Jérusalem des Juifs religieux de toutes les nations qui sont sous le ciel.

6. Après donc que ce bruit se fut répandu, il s'en assembla un grand nombre, et ils furent fort surpris de ce que chacun d'eux entendait les Apôtres parler en sa langue.

7. Ils en étaient tous hors d'eux-mêmes; et dans cet étonnement, ils s'entre-disaient: Ces gens-là qui nous parlent, ne sont-ils pas tous Galiléens ?

8. Comment donc les entendons-nous parler chacun la langue de notre pays ?

9. Parthes, Mèdes, Élamites, ceux d'entre nous qui habitent la Mésopotamie, la Judée, la Cappadoce, le Pont et l'Asie,

10. La Phrygie, la Pamphylie, l'Égypte et la Libye qui est proche de Cyrène; et ceux qui sont venus de Rome,

11. Judæi quoque et proselyti, Cretes et Arabes; audivimus eos loquentes nostris linguis magnaia Dei.

12. Stupebant autem omnes, et mirabantur ad invicem, dicentes: Quidnam vult hoc esse ?

13. Alii autem irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.

14. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, et locutus est ei: Viri Judæi, et qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea.

15. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia:

16. Sed hoc est quod dictum est per prophetam Joel:

17. Et erit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri et filie vestre; et juvenes vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somnabunt.

18. Et quidem super servos meos, et super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, et prophetabunt.

19. Et dabo prodigia in celo sursùm, et signa in terrâ deorsùm, sanguinem, et ignem, et vaporem funi.

20. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus.

21. Et erit: Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

22. Viri Israëlites, audite verba hæc: Jesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, et prodigiis, et signis, que fecit Deus per illum in medio vestri, sicut et vos scitis:

23. Hunc definitio consilio et prescientiâ Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interestis:

24. Quoniam Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

25. David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

26. Propter hoc letatum est cor meum, et exsultavit lingua mea, insuper et caro mea, requiescet in spe;

27. Quoniam non derelinques animam meam in inferno; nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

28. Notas mihi fecisti vias vitæ: et replebis me junditate cum facie tuâ.

29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarchâ David, quoniam defunctus est, et sepultus; et sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem.

30. Propheta igitur cum esset, et seiret quia jurjurando jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus:

31. Providens locutus est de resurrectione Christi,

